



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 33. Valentini Dux jussu Papæ comprehensus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

quod Fori Livii Gubernator nullatenus Sæcul. XVI,
A. C. 1503.
mandatis pareret: Cesenatensis vero per-
lectis, quas a Valentini Duce accepisset,
literis, cunctisque verbis accurate discus-
sis, Oviadum comprehendi, ac demum
incognita caussa laqueo suspendi jussisset.
Summus Pontifex Ducis perfidiam, ut
par erat, vehementer detestatus, tam a-
trox facinus, salvo proprio dignitatis
suae honore inultum minime permitten-
dum existimabat; unde Ministri sui cæ-
dem, eamque adeo infamem, injuriam-
que sibi exinde illatam pro muneris sui
ratione debita poena mulctare statuit.

§. XXXIII.

*Valentini Dux jussu Papæ
comprehensus.*

Itaque summus Pontifex de enormi hac
contumelia cum Ulyssiponensi, & S. *Raynald. hoc
ann. n. 20.*
Georgii Cardinalibus contulit, ac Valen-
tini Ducem captum ad arcem S. Angeli
abduci decrevit. Ergo Dux cuidam in-
cluditur cubiculo, ubi Rothomagensis
Cardinalis quondam habitabat, cuique
Pontificis camera incumberebat, inde ve-
ro ad arcem S. Angeli translatus, in alio
quodam cubili infra novam Alexandri VI.
turrim captivus detentus est. Comperta
Ducis captivitate Sutrinensis, & Borgia
Cardinales ad vesperam egressi, equisque
Hist. Eccles. Tom. XXXI. I i ve-

Sæcul. XVI. A. C. 1503. S. Marcelli erant, revertuntur, inde vero noctu clam abscedunt, quæ ante templum peturi. Ceterum Papa Duci, quicquid peteret, excepta libertate, concedi iussit, quinimo ad tantam dignitatis suæ submissionem descendit, ut ipse captum inviseret, eique contra omnes suum patrocinium promitteret, dummodo Romanolæ urbes restitueret, simulque eidem significavit Pontifex, quod Ostiam esset abducendus, ibique sub custodia Cardinalis Carvajalii in captivitate detinendus, donec pactis Conventis integra fides satisfecisset. Id quidem & ipse Dux in votis habebat, hunc locum jam unicum securitatis asylum esse ratus, quocirca Papæ votis annuit, exiguo temporis spacio cuncta amittens, quæ atrocissimum criminum subsidio per plures annos occupaverat. Interea Cardinalis de Ambasia, ne ultimum Ducis exitium velut festinabat, cui summus Pontifex benevole concessit, ut beneficia in Gallis conferendi facultate uteretur, hancque illi gratiam, eidem ab Alexandro VI. olim concessam confirmavit.